tra acerbioribus adhuc verbis contra Cęsiungũ inclamarunt dicentes se
testimonijs ex certissimis scire omnes ex ipsius Illuminati ore prodijsse ipsũ
flandriam tendere, vocabant tanquam huius sententię inventorem et auscul=
tatorem Ducem Consanguineum antea Illuminati dominum, adhuc contra
mendaciũ esse novis affirmationibus asseruit Princeps, Mirabatur procerum
et maiorum præsens cohors ea constantię eamq; vario hinc inde scommate
obstinationem ac perfidiam dicebant ut ipse his etiam modestè possessis
nihil innoxij responderet Inquierunt graviori increpatione, Quę igitur hęc
tanta cum tuis Lyncęis societas tam arcta cũ tibi inferioribus conversa=
tio cur non potius cum maioribus et tibi equalibus amicitiam contrahis, Sum,
respondit Cęsiungus ea ętate quod pares mei stemmatis in suam societatem me
non admittant, præterquam quod bene agendi generis paucissimos addictos scio
mihi hac in ętate studia arrident ipsis solum nectere aut Megareas sphin=
ges alere libet non convenimus, sed esto en lubens me et huic vestrę vo=
luntati commissi, exhibeantur quę requiruntur ad horum familiaritatem reddi=
tus commoditates paratum agere quod libet, Equos non habeo desunt famuli
qui erant eiecistis equos sub elapsis diebus vendidistis at non uterer am=
plius quibus antea utebar, præripuistis et negastis quas iam mihi persuaseratis
consuetudines, non est igitur Charissimi parentes quod contra me con=
queramini, promptus enim ad utramlibet palęstram non studijs ita ad=
dictus ut hic etiam virtutem quamvis addere non flagitem, si virtus est
quod proponitis assuescamur quos, vitium ut imponere à vobis non expecto,
His pijs Cęsiungi verbis erant qui delectabant at non plenè omnino fi=
debant iterum tamen ipsorum verba attulere inquientes strictam se incul=
pare cum Lyncęis amicitiam dicentes etiam quid hoc quod collo suspensũ
geris monile quę illa insania, Aperto mox thorace ostendit Cęsiungus
neq; enim pelam gerebat, Et dixit en videte quid inculpetis aurem
ex aurea torque lyncem fero, dedi eandem cęteris Lyncęis [more casterno] ex hoc iam
scelus quodpiam colligere vobis animus est, est id meorum studiorum
symbolum, est meę intentionis emblema dedi hoc meis quos fidos mihi
scio famulis est ne hoc malum, nonne alij principes clargiuntur equi=
tabus, icones, nummismata, et similia? Quid mirum si ego hoc meum
emblema famulis meis exhibui, At illi contra hoc satis superstitio=
sum est sed quid est quod fratres vos iuratos appellatis, hoc vos
dicitis Respondit ~~Illuminatus~~ Flammaduxus, ego lynceos tanquam fratres amo quia
meę professionis fidos eos reppereri socios, An non licet forsan Christia=
num hominem inter se unum cum alio fratrem appellare si est quemad=
modum vos dicitis, Dicite equidem quantum libeat ego hic auscultationi
omni paratus sum sed usq; huc nemo vestrum crimen mihi adhuc ullũ
impingere potuit sint hęc omnia vera, nihil refert peccatum non habent.